



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacra militia contra Hungaros & Sclauos Henrici Ducis primùm
Lotharingiae, inde etiam Bauariae ex beneficio Ottonis Imp. Cap. XXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

bus, Ticinum vi, ceteras vrbes deditio-
cepit. Berengarium fugientem infecutus in
monte Leonis cepit, & abductum in Ger-
maniam ad perpetuos carceres Bambergæ
condemnavit, in quibus vitam quoque cum
coniuge finiit. Ita Italiam à tyrannide libera-
uit, quæ ante Ottonem per annos LX. multi-
plicem sequitiã experta, Dominos vario bello-
rum & fortunæ euentu crebrò mutauerat.

Obiit optimus Princeps anno nongētesimo
septuagesimo quarto, sepultus Magdeburgi.

De sacra militia contra Hungaros & Sclaus
HENRICI Ducis primùm Lotharingia,
inde etiam Bavaria ex beneficio Ottonis Imp.

C A P. XXXII.

OTTO Imperator exemplo patris sui
Ducatus Lotharingæ quibusdam in
beneficium contulit, quorum primus vide-
tur fuisse frater eius Henricus. Scribit enim
continuator Reginonis: Anno ix^o. xL. Hen-
rico fratri, Regis Lothariensis Ducatus com-
mittitur, qui mox eodem anno à Lotha-
riensibus expulsus est.

*ii. Braban-
tie Dux ex
beneficio Im-
peratoris.*

Hic primis annis fratri suo rebellavit, sed
Otto, mortuo Bertaldo Duce, dato Ducatu
Baioariæ, eum repressit, ac tum in sacra militia
officium Deo ac Reip. Christianæ præstitit.
Testis enim est Sigebertus, eum Aquileiam
in Italia cepisse, Berengario tyrannizante,
Hungaros bis superasse, Ticinum transif-

D 5 sc, &

58 MILITIA SACRA
se, & cum multis manubijs rediisse. Item
anno 1000. LV. à Baioarijs contra Sclauos
prosperè pugnatum esse.

De OTTONE Præside Lotharingorum.

C A P. XXXIII.

III. Brabā-
tie Dux ex
beneficio Im-
peratoris.

OMISSE Henrico, qui primo anno ex-
pulsus est, quidā Gifilberto subiungunt
Ottonem. Inter quos est Sigebertus, scribens
ad annum Domini IX^c. XLIII. Gifilberti
Ducatus, Et ad annū sequentem, Otto Dux
Lothariensium obiit. Sed multo clariūs Ab-
bas Urspergensis, Ludouicus, inquit, Rex
Gifilbertum extinctum comperiens, mul-
tam in eius casu miserationem habuit: pro-
fectusque in Belgicam, uxorem eius Gerbir-
gam, Ottonis sororem, coniugem duxit. Præ-
fecit autem Rex Regioni Lotharingorum
Ottonem filium Richuini, vt regnum procu-
raret, & nepotem suum Gifilberti filium bo-
næ spei puerulū nomine Henricum nutriret.

Hunc Ottonem puto eum esse, qui supe-
rius vocatur Vdo fidelis Regis, & cum Conra-
do, absente Imperatore, ad Andernacum
Euerardum & Gifilbertum deuicit. Cui oc-
casione tantæ victoriæ successisse videtur.

*Quòd in sacra militia contra Hungaros Conra-
dus Dux pœnitens perierit.*

C A P. XXXIV.

IV. Braban-
tie Dux ex
beneficio Im-
peratoris.

OTTONI Comiti successit Collega vi-
ctoriæ Conradus. De quo Witichindus
Saxo